



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 7. De Monte Apennino.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

EX  
CA-  
RIN-  
THIA

PRIMVS per Villachum *Vilach*, secundum Natisonem  
El. *Lifonzo*.  
SECUNDVS omnium amplissimus & capacissimus per  
syluam S. Gertrudis, munitus duabus munitiōibus  
Gradiscia & Goritia, inter quas tamen 10. aut 12.  
millia passuum intercurrunt: per hunc irrupere Gothi  
olim, & sub Baiazetho Turcæ; quare Veneti hoc  
spatium munire vallo & fossâ conati erant, ac demum  
cautiùs huic parti Palmam urbem Europæ, vt putant,  
munitissimam obiecerunt.

§. 7. De Monte Apennino.

ALPES supra Nicæam Massiliensium montem emittunt, qui  
vniuersam Italiam in duas partes secat, rectâ exeurrens Anconam  
vsque, sed ex se varia emittens iuga sub variis nominibus, & ali-  
quando sub nomine Apennini, & tandem in vtrumque mare de-  
finit ad Promontoria *S. Marie di Leuca*, & *Punta Saëtta*. Eius pars  
editissima dicitur à Nautis *Punta di Talo*: vias aliquas aperit, qua-  
rum celeberrima olim per Vespasianum aperta vt Flaminiam viam  
interruptam continuaret, de qua egimus in antiquâ Geogr. Eum  
quoque secat Aufidus fluuius *l'Offanto*, vt in Apuliâ diximus, &  
postea iterum expendemus.

§. 8. De præcipuis locis Italiæ.

NVM. I. Cinitates nobiles, & earum Epitheta.

ROMA *la Santa*: Rome *la Saincte*, sic dicta, quoniam Ecclesiæ Catholi-  
cæ prima sedes, que sancta & multorum Martyrum sanguine tincta fuit  
aliquando.

NEAPOLIS: *Napoli la Gentillè*; Naples *la Noble*. Scilicet in eâ ferè  
commoratur totius regni nobilitas.

FLORENTIA: *Fiorenza la Bella*; Florence *la Belle*. Eâ enim urbè nul-  
la cultior, nulla venustior.

GENVA: *Genoa la Soperba*; Gennes *la Superbe*, vel *la Magnifique*.  
ob superbissimâ Palatia, & edes marmoreas.

MEDIOLANVM: *Milano la Grandè*; Milan *la Grande*. Dicitur enim

YYyy iij